

*liber*

cōsequenter ait. Et potestatem dedit ei iudicium facere. quoniam filius hominis est. Quedam porro ita ut nec minor nec equalis sit ostendatur. sed tantū qđ de patre sic intumetur ut est illud. Sicut habet pater vitam in semetip̄o. sic dedit filio vitam habere in semetip̄o. et illud. Neq; em̄ potest filius a se facere quicquā. m̄si qđ viderit patrem facientem. Qđ si ppterēa dictū acceperim̄ qđ in forma accepta ex creatura minor est filius. consequens ent ut prior pater super aquas ambulauerit. aut alicuius alterius ceci nati de sputo et luto oculos appuerit. et cetera que filius in carne apparens inter homines fecit. ut possit ea facere qui dixit. nō posse filiu a se facere quicquā. m̄si qđ viderit patrem facientem. Huis aut̄ vel delirus ita senciat restat ergo ut hec ideo dicta sint qđ incōmutabilis est vita filij sicut patris. et tñ de patre est. et inseparabilis ē opatio patris et filij. Sed tñ ita opari filio de illo est. de quo ip̄e est id est de patre. Et ita videt filius patrē. ut quo eū videt hoc ip̄o sit filius. Non enim aliud illi est esse de patre. id est nasci de p̄e qđ videre patrem. aut aliud videre operantem qđ piter operari. sed ideo nō a se. qđ nō est a se. Et ideo qđ viderit patrē facientē hec eadem facit et filius similiter. qđ de patre est. Neq; em̄ alia similitate sicut pictor alias tabulas pingit. quem admodū alias ab alio pictas vidit. nec eadem dissimilit. sicut corpus easdē litteras exprimit quas animus cogitauit. s; quecunq; inquit pater facit. hec eadē filius facit similiter. Et hec eadem dixit et similiter. ac p̄ hoc inseparabilis et opatio par est patri et filio. Sed a patre est filio. Ideo nō potest filius a se facere qđ quaz. m̄si qđ viderit p̄em faciente. Ex hac ergo regula qua ita loquuntur scripture. ut nō alium alio minorē. sed tantum velint ostendere quis de quo sit. n̄ nulli eum sensum cōceperunt tanq; minor filius diceretur. Quidā aut̄ nri ido

ctores et in his minime eruditū dū hec secundū formā serui conantur accipere et eos rectus intellectus nō sequit. per turbātur. Qđ nec accidat tenenda est hec regula. qua nō minor filius. s; qđ de patre sit intumatur. quib; verbis nō in equalitas sed natuitas eius ostendit.

*Cap 2<sup>o</sup>*

**D**unc ergo quedam in sanctis libris ut dicere ceperam. ita ut ambiguum sit quoniam referenda sint. utrum ad illud qđ ppter assumptā creaturam minor est filius. an illud qđ q̄uis equa lis tñ qđ de patre sit iudicat. Et michi quidē videtur si eo modo ambiguum est ut explicari discerniq; nō possit. ex utra libet regula sine piculo posse intelligi sicut est qđ ait. mea doctrina nō ē mea. sed eius qui me misit. Nam et ex forma serui potest accipi. sicut iam in libro supiore tractavim̄. et ex forma dei in qua sic equalis est patri. ut tñ de patre sit. In dei quippe forma sicut nō est aliud filius. aliud vita eius. sed ip̄a vita filius est. ita nō est aliud filius. aliud doctrina eius. sed ip̄a doctrina filius est. ac p̄ hoc sicut qđ dictum est. dedit filio vitā nō aliud intelligitur qđ genuit filium qui est vita. Sicut etiā cum dicit. dedit filio doctrinā. bene intelligitē genuit filium qui est doctrina. ut qđ dictum est mea doctrina nō est mea. sed eius qui me misit. sic intelligatur. ac si dictū sit. Ego non sum a memetip̄o. sed ab ip̄o qui me misit.

*Cap 3<sup>o</sup>*

**D**am et de spiritu sancto de quo nō est dictum. semetip̄m exinximavit formam serui accipiens. Nit tñ ip̄e dñs. Cum aut̄ venerit ille spiritus veritatis. docebit vos omnē veritatem. Non em̄ loquetur a semetip̄o. s; quecunq; audiet loquetur et que ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit. qđ de meo accipiet et annuntiabit